



Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cbris Ivdiciisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.I.], 1645

§. 7. Angelus diuitem admonet, vt seruis Dei fame laborantibus succurrat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

nentia fore fortiores pinguiorésque. Nouit ille dare necessaria , nouit vires confirmare suorum : qui diuitibus , & cuticulæ caussa , nimis sollicitis , delicatéque ventrē implen-tibus , longè plures morbos immittit. Sem-per enim laborant catarrhis ; semper de capite , aut dente queruntur ; semper cordolum , calculum , stomachi cruditates , podagrás & chirágras accusant , cum seipso accusare deberent ; sua sibi intemperantia tālia accerfentes ; semper poscunt sumūntque medicinas ; vt multi plus accipient à pharmacopola , quam è culina. Hæc iusto Dei Iudicio , vtrisque contingunt ; vt & appareat , *non in solo pane viuere hominem , sed in omni verbo , quod procedit de ore Dei , dum mucido pane vicitantes valetudine sunt meliore , & prudentia carnis , velut Tantalus in vndis , ipsa abundantia sua puniatur.*

§. VII.

Angelus diuitem admonet , ut seruis Dei fame laborantibus succurrat.

Vt ergo homines in exemplo doceret dif-fidentésque fratres emendaret , & pariter Frontonij fidē etiam in nos diffunderet Nu-men , illo ipso tempore , quo de victu nimi-um quantum solicti erant , Angelum de cœ-lo mi-

Io misit ad copiosum quendam hominem ,
quadridui itinere à Monachis distantem , ad
obsonandum. Intempesta nocte , diues lecto
suo accubans dormiensque nihil minùs ,
quàm de liberalitate somniabat. Aurum ple-
nis manibus comprehendere , nummos af-
peros sibi videbatur numerare , & Iouialibus
coenis interesse. Hunc Angelus , alia repen-
tè oblata imagine , ita compellauit : Nempe
tu ille splendidus es epulo , qui ventrem sa-
burra imples , & plus solus degulas , quàm
alij decem; semper satiatus , nunquam fame-
licus ; amphora , gurges , helluo , & vnuis de
genere Apiciorū ; solùmque natus vt fruges
absumas : at serui mei , in dura solitudine , in
labore aspero , neque panem habent , quo
fustententur ? Ad quid tibi diuitias dedit di-
uina liberalitas ? nisi vt possis esse liberalis ?
An , vt te cibis occideres ? vel , vt pauperes
illius in vita seruares ? Experciscere , miser ,
& , ni malum vis , audi , quid mandet Deus :
Quàm primùm diluculabit , seruis illius , ex
omnibus , quæ tibi data sunt , sportulam
transmitte. Neque graue hoc tibi videatur.
Magnum beneficium præstat vniuersi Do-
minus , si quem gregis sui facit procurato-
rem. Doni loco ab eo accipit , quæ ipse do-
nauit.

hauit. Qui ergò te semper pauit, vult nunc à te ipse pasci. Nam placuit illi, ex eleemosyna tua, reficere pauperes suos; & quidem eos, qui se se illi in locis solis totos consecraverunt. Hæc exequere. Si neglexeris, scito, te superos iratos; si feceris, debitores habiturum.

§. VIII.

*Solicitudo, apud homines magna, apud
Deum sape non satis magna.*

Terruerunt eum hæc verba, & somnos ruperunt. Nec enim potuit diutius dormire à cœlo tam robustis vocibus excitatus. Itaque multò, quam consueuerunt isti, ci- tiùs stratum deserens, de toto negotio seriò cogitauit. Cum autem nesciret Emissarum locum, non illico se se excusatum censuit; non sua solùm nixus est prudentia, neq; si- bi ipse senatus esse voluit; sed necessarijs, amicis, officijs seruisque vindique conuocatis somniúmne dicam, an visum nocturnum? ordine narrauit; & se parere monitis prom- ptissimum ostendit. Ceterūm, quia ipse ignorārat, vbinam locorum serui illi Numinis morarentur, consilium viamque sedulò ro- gauit; æquè auditus itineris noscendi, atque exequendi mandati. Adhuc in eū diem Fron-

F - toni.